Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



et licz fere in omnibus actionibus positiones
sunt formande secundum spe in spe de tractatu
de libellis cum utile est visum est hic doctrinam
tradere generalibus. Ad cuius rei sciendum est
quod in plurimis locis non fiunt positiones sed
lite contestata prestito quoque iuramento statim
iudex super singulis articulis libelli reum in-
terrogat qui si negaverit interroget actor
testes eodem modo super quolibet membro libelli
Sed curia Romana aliter observat nam lite contestata
prestito quoque iuramento actor format positiones
que sunt de mente libelli. Super quo scias quod
quandoque fiunt positiones ante litis contestationem super
exceptionibus puta super exceptione excommunicationis
sic ponas. etc.

Positio super exceptione excommunicationis

Coram vobis domine iudex dico quod talem
clericum excommunicatum esse. Ideoque non esse
in causa quam contra me movet audiendum. Si
igitur ille neget se esse excommunicatum vel se
non percussisse vel illum clericum non fuisse
Excipiens sic formabit positiones. Pono
quod percussisti talem clericum. Item quod in tali
parte corporis. Item cum pugno vel cum ba-